Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

308

Lcclxxiii x Ait autem dominus. Simon simon ecce satanas expetiuit uos ut cribraret
sol. sicut triticum. Ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides tua.
Ne gloriarentur undecim apostoli suis ue uiribus tribuerent quod soli pene
inter tot milia iudaeorum dicerentur in temptationibus permansisse cum domino ostendit
et eos si non iuuantis se domini essent opitulatione protecti eadem procella cum cete
ris potuisse conteri. Uerum cum satanas expedit eos temptare et uerum qui triticum
purgat uentilando concutere docet nullius fidem alio bono nisi deo permittente
temptari. Satanae quippe ad cribrandum bonos expetere est ad flictione eorum mali aesti
bus anchelare. Quo enim eorum temptationem inuidens appetit eo illorum quasi
probationem deprecans petit. Cum uero pro petro rogans saluator non ut non temp
tetur. sed ut non deficiat fides eius obsecrat hoc est ut post lapsum negationis ad
statum pristinum paenitendo resurgat. Insinuat utile scis esse. et temptationum fla
mis examinari ut uel temptati quam fortes fuerint appareant uel cognita per tempta
tiones sua infirmitate fortiores fieri discant. Et sic cum probati fuerint accipiant
et ipsi coronam uitae quam repromisit deus diligentibus se.
Lcclxxiiii VIIII Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.
Ioh cc xxiiii dcc xxviiii. Sicut ipse tuam inquit fidem ne satana temptante deficiat orando protexi. Ita
infirmiores quosque fratres exemplo tuae paenitentiae ne de uenia forte dispe
rent erigere et confortare memento. Quod idem et post resurrectionem exhortatur.
Cum ei ter tertio sese amare profitenti. dicebat enim ut timore ternae negationis trine
confessionis amore lueret. Tertio nihil hominus pascendas suas oues commendat.
Lcclxxv I. Quid dixit ei. domine tecum paratus sum et in carcerem
Mt cclxxxviii Mc clxx. Ioh xxvi. et in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi petre non canta
bit hodie gallus donec ter abneges nosse me.
Quia dixerat se dominus pro petri fide rogasse conscius ille presentis affectus fidei que
feruentis sed futuri casus nescius non credit se ullatinus ab eo posse deficere. Uerum
qui solus nouit quid sit in homine ne quis fidelium suo uel de statu incaute confidat
uel de casu incautius diffidat et quasi deus modum tempus ac numerum negationis eius
predicit. Et quasi misericors auxilium suae defensionis promittit.
Lcclxxvi x sol. Et dixit eis quando misi uos sine sacculo et pera et calciamentis. Num
quid defuit uobis. At illi dixerunt nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum
tollat similiter et peram qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium.
Quam iuste discretionem matrem cunctarum nutricem quae uirtutum patrum senten
tia definiat et ex hoc domini sermone probatur qui non eadem uiuendi regula persecutio
nis qua pacis tempore discipulos informa. Sunt namque uirtutes quae semper